

1145 quod habebunt secum, adducunt, et ipso rogante, quod
 citius eum extra terram ~~educant~~ educant, pro ocreis pedes
 sancti principis sereno circumdantes et versuculis suis rustici-
 alibus eum vestientes super iumentum eum inponentes
 per devia et pessimos algores nivium usque Lutomisc eum
 magno labore deducunt, et sic diversa pericula mortis vir
 bonus eum dextera Dei protegente evadit.¹ Hi autem rumores cf. Ex. 33, 22
 cum ad aures domni ducis Boemie Vladislai perveniunt,
 de illatis tanto viro calumniis dolet et ad eum consolan-
 dum cum palefridis et aliis necessariis nuntios dirigit,
 ipse quoque ei cum militia pro tutela occurrens eum
 Pragam deduxit. Nec mirum, eum etenim sanguinem virum
 bonum et patrem spirituales diligebat.

1146 Anno domnice incarnationis MCXLVI^o predictus epis-
 copus querelis de illatis sibi calumniis domino Vladislao
 peractis Romam pro eadem causa movet, et de eadem
 causa querimoniis domino pape Eugenio delatis de

1145 Jun. 3 excommunicatione Conradi ab ipso apostolico facta
 litteras deportat, et eum Prage ex parte domini apostolici
 et sua cum suis complicibus excommunicat.² Hoc facto
 dux Vladislauus collectis exercitibus suis terram Conradi
 intrat et eam villas comburens miserabiliter devastat,
 castrum munitissimum Inogem³ obsidione circumdat

1) Hgl. Die Böhmenkönige für Lutomisch, aufgeführt in
 Lutomisch mens. Februaris (Boczek, Cod. dipl. I, p. 232, 258)

2) J-L 8764; Joindrag I, 146 Nr. 143. Excommunication
 aufgeführt in Pfingsten (Jun. 3) 1145.

3) Inogem.